

De unitate essentiae divinae in
Sacrosancta Trinitate.

17. Initiò autem rectissimè cum Damasceno as- Damasc.
serimus: ὅτι θεὸς ἐστὶ, δῆλον μὲν: τί δὲ ἐστὶ καὶ ἡ l. i. orth.
οὐσία καὶ φύσις, ἀκατάληπτον τῶ ἰσοπαντελῶς, fid. cap. 4.
καὶ ἀγνώστον: Deum esse, manifestum quidem:
quid autem sit secundum Substantiam & natu-
ram, incomprehensibile id omninò, & igno-
tum.

18. Hominis enim finiti finita cogitatio, infini-
tam illam & comprehensibilem DEI naturam
comprehendere, aut definire hac in vita, perfe-
ctè ac propriè nullo modo potest.

19. Vndè consequens, Essentiae vocem, quae vul- ESSentia.
gò in descriptionibus DEI, Generis loco ponitur,
non communis alicuius generis μετέξει, cuius re-
spectu vel cum Angelis, vel aliis creaturis parti-
cipet, de Deo & rebus creatis συνώνυμως: Sed
ratione quadam toto genere sublimiore de solo
Deo predicari.

20. Quo sensu S. Patres Deum partim dixe-
runt esse ἁσίαν ὑπερῆσιν Essentiam supersub-
stantialem

D 4 stantialem